



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LVII. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt das ihr verpfändete
Geleit für immer, am 30. September 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

LVI. Markgraf Ludwig ermäßigt die Urbede der Stadt Frankfurt auf jährliche 100 Mark Silber, am 30. September 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludwicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus Rheni, dux Bauarie et Karinthie sacrique Romani Imperii archicamerarius, Tyrolis et Goricie Comes, Pensantes et considerantes discretorum virorum Consulium et vniuersorum Ciuium Ciuitatis nostre Frankenuord, fidelium nostrorum dilectorum, fidelitatis constanciam et sumptuum magnitudinem ac laborum suorum precipue in pontis et aggeris conseruatione et structura necessario incessanter faciendam; Habito discretorum nostrorum fidelium infracriptorum sano consilio, Decreuimus et presentibus descernimus et volumus dictos Consules et ciues, ut sue fidelitatis constancia condigna reportent premia et in laborum magnitudine releuentur, Pro annua pensione tempore eterno in Centum marcis brandenburgicis argenti et ponderis duobus terminis Anni, in festo beati Martini quinquaginta marcas et in festo beate Walpurgis quinquaginta marcas, dicti argenti soluendis, nobis heredibus et successoribus nostris solummodo obligari et teneri, decernentes et volentes in tali pensione dictos Consules et ciues presentes et posteros illese sine ipsius augmento per nos heredes et successores nostros ex causis premissis perpetuo conseruari. In cuius testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus Comes de Swartzburg, dominus in Spremberg, Necnon strenui viri Swikerus de Gundelfingen, curie nostre magister, Viricus Willbrand, Beringerus Hale marscalcus noster et Wolfhardus de satzenhouen, milites, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum frankenuord, Anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo octauo, feria tertia in crastino beati Michahel Archangeli.

Nach dem Orig. des Stadtarchiues VIII, 1, 29.

LVII. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Frankfurt das ihr verpfändete Geseit für immer, am 30. September 1348.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludwicus, dei gratia Marchionis Brandenburgensis — Ob instantes et dignas petitiones discretorum virorum consulum et vniuersorum Ciuium Ciuitatis nostre Frankenuord fidelium nostrorum dilectorum et releuamen oppressionis, qua ipsos occasione ducatus seu conductus nostri nomine in dicta ciuitate nostra hactenus continuati et recepti perplexos fore nouimus, pretactum Ducatum deponendum decreuimus et presentibus auferendum volumus et decreuimus extunc sicut et nunc ipsum deponimus et auferimus, quando dicti consules a tempore date presentium computando rehabuerint solutionem pecuniarum suarum in percipiendo predicti ducatus prouentus, quas pecunias pro eodem ducatu secundum continentiam literarum nostrarum nobis exsoluerunt. Nolentes extunc ipsos Consules et Ciues dicte nostre ciuitatis alio conductu maiori aut minori intra Ciuitatem predictam aut extra per nos, here

des et successores nostros aliquomodo pregrauari, ymmo ipsos a tali conductu vt premittitur liberos perpetuo presentari. In cuius etc. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus Comes de swartzburg, dominus in spremberg, necnon strenui viri Swikerus de Gundelfingen Curie nostre magister, vricus willbrant, Beringerus Hele marscalcus noster, et wolffhardus de Satzēhouen, milites, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum frankenuord, Anno domini M° CCC° XL octauo, feria tertia in Crafino beati michahel Archangeli.

Wohlfried I, 567.

LVIII. Markgraf Ludwig verspricht, die Bürger Frankfurts mit ihren Lehngütern nicht an andere Lehns Herren zu verweisen und sie das erste Mal ohne Lehnsware zu belehnen, am 23. November 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufacie marchio, Comes palatinus reni, Bauarie et Karinthie dux, sacri romani imperii archicamerarius, Tyrolis et Goricie comes, necnon Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis ecclesiarum aduocatus, Intuentes dilectorum nostrorum fidelium Consulium et vniuersorum ciuium nostre ciuitatis Vrankenuord meram constanciam, ipsos et quemlibet ex eis, qui pronunc a nobis possessiones et bona in pheodo habuerint, aut in futurum aliquas possessiones assumpserint aut eas et ea sub nobis aut heredibus et successoribus collocauerint, ad alios dominos quoscumque remittere nolumus cum talibus possessionibus et bonis, ut ipsorum sint subditi pheodales, sed perpetuo ipsos apud nos tamquam immediatos nostros pheodales volumus conferuare. Nolentes eciam ab eisdem ciuibus, qui sub nobis huiusmodi possessiones et bona pheodalia comparauerint aut collocauerint, pro prima vice in pheodacionis exigere aut recipere iura donacionis pheodalis, sed libere sine omni dacione muneris ipsos et quemlibet ex eis de talibus bonis premissis in pheodare, Volentes id ipsum per heredes et successores nostros perpetuo obseruandum modo quo premittitur continuari. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt magnificus princeps Ludowicus Romanus, frater noster karissimus, Nobilisque vir Guntherus, Comes in swartzburg, dominus in Spremberg, necnon strenui viri Beringerus Hael, marschaleus noster, Vricus Wilbrand, Johannes de haufen, camere nostre magister, Wolffhardus de satzenhouen, milites, et Nicolaus de Wolkow cum ceteris pluribus fidedignis. Actum in domo pretorii dicte ciuitatis nostre Vrankenuord, Datum vero Furstenwald, Anno domini millesimo CCC° XL° octauo, die Dominica videlicet die beati Clementis pape.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 30.